

TRIBUNALE APOSTOLICO DELLA ROTA ROMANA - *Novae Aureliae* - Nullità del matrimonio - Incapacità di assumere - Sentenza definitiva - 23 febbraio 1990 - Bruno, Ponente (\*).

**Matrimonio - Natura giuridica - Matrimonio contratto - Capacità proporzionata ad un contratto indissolubile e perpetuo.**

**Matrimonio - Incapacità di assumere gli obblighi essenziali - Requisiti: malattia grave e antecedente - Latenza della malattia - Criteri giuridici per valutare la sua esistenza - Convivenza coniugale prolungata - Presunzione di capacità.**

*I coniugi devono godere della capacità di adempiere gli obblighi matrimoniali poiché il matrimonio è un contratto e il contratto — ex ipsa sua natura — non può esistere senza il suo oggetto. Le parti, pertanto, devono risultare idonee, al momento delle nozze, per sopportare il peso della perpetuità e della fedeltà coniugali, per donarsi reciprocamente lo ius ad actus per se aptos ad prolis generationem e, inoltre, devono godere dell'idoneità per promuovere il bonum coniugum che, essendo elemento essenziale del matrimonio, implica la capacità di instaurare con il futuro coniuge una relazione interpersonale per lo meno tollerabile.*

*Non può essere dichiarato nullo il matrimonio se non consta con certezza che la malattia è grave ed era già presente nel periodo prematrimoniale, per lo meno in forma latente e comunque chiaramente percettibile. Se gli indizi di latenza della malattia fossero già chiaramente esistenti, benché i gravi disordini fossero apparsi solamente durante la vita matrimoniiale — senza che sia possibile attribuirne la causa a fattori distinti dall'infelicità —, il matrimonio deve essere dichiarato nullo, poiché la gravità della malattia era già presente nella sua stessa latenza, sebbene solo in modo potenziale o germinale. Non deve tuttavia dimenticarsi, che la convivenza coniugale protrattasi per molti anni — e dalla quale è nata numerosa prole — costituisce una forte presunzione contraria alla gravità della malattia, specialmente quando la separazione definitiva debba attribuirsi all'infedeltà del coniuge.*

---

(\*) Vedi commento a p. 153-156.

(*Omissis*). — SPECIES FACTI. — 1. Johannes, viduus ac triplici prole oneratus, mense Julio a. 1956, anno vixdum elapso a morte uxoris, quacum verum ligamen amoris expertus erat, cognovit Nataliam, quae ei famula sua, Lucia, mulieris materterta, praesentata fuit.

Mulieris pulchritudine adlectus et providendi educationi trium puerorum anxius, statim amorosam relationem cum Natalia incepit et, brevi temporis spatio, sponsalia, et, dein, nuptias, statuit celebrandas.

Mulier pro persuaso habens se in viro optatum invenisse maritum et sincere cupiens pro orphanis puerulis bonam matrem esse, oblatas nuptias libenter acceptavit, et sic, die 15 Septembris a. 1956 matrimonium absque peculiari sollemnitate celebratum est.

Vir triginta quattuor annos numerabat, mulier vigesimum septimum expleverat.

Jugale consortium, sex novis filiis recreatum et per viginti annos protractum, ob indebitam viri familiarium in vita coniugum interpositionem multis difficultatibus perturbatum est.

Tandem Joannes, amore alius mulieris captus, anno 1976 uxorem dereliquit et, mense Decembri a. 1977, divortio obtento, amasiae definitive adhaesit.

2. Die 7 Novembris a. 1978, propriam libertatem coram Ecclesia recuperandi cupidus, supplicem libellum Tribunali Ecclesiastico Novae Aureliae obtulit, nullitatem sui matrimonii accusans ob « gravi e molti fattori presenti, al tempo del matrimonio ».

Die 8 Maii a. 1979 dubium concordatum est sub formula: « Se il matrimonio in questione è nullo ed invalido, a causa di incapacità della convenuta a stabilire una comunità di vita per i suoi disturbi di carattere ».

Curatore mulieri assignato et processu instructo, aditum Tribunal, a iudice unico constitutum, die 21 Novembris a. 1979, sententiam affirmativam protulit.

Appellavit conventa ad superius Tribunal Chicagiense quod causam ad ordinarium secundi gradus examen admissam suppletiva inquisitione ditavit, et die 12 Maii a. 1980 sententiam primi gradus confirmavit.

Minime autem quievit mulier, quae, mordicus validitatem sui coniugii defendens, die 15 Decembris a. 1980 recursum ad Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae interposuit.

Supremum Tribunal die 25 Maii a. 1981 sequens decretum edidit: « Praeclusa interim qualibet exsecutione decisionum latarum, causa

committitur iudicanda S. Romanae Rotae, quae primum videat de nullitate praecedentium decisionum et, dein, de merito causae in primo, secundo vel tertio iurisdictionis gradu, prout constet vel minus de nullitate praecedentium decisionum aut praecedentis decisionis ».

Turno constituto, Patronus ex officio utriusque parti assignatus est. Pertractata per memorialia quaestione praeliminari de nullitate sententiarum, Turnus die 31 Maii a. 1985 decrevit: « Non constare de praecedentium decisionum nullitate ».

Decisionis notificatione habita, Patronus partis actricis recursum administrativum interposuit apud Sectionem vigilantiae Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae petens ut, attenta gravitate diagnosis morbi ex peritiis emergente, ex gratia revocaretur concessio novi examinis, in memorato Signaturae decreto implicite contenta.

Responsio autem diei 13 Decembris a. 1985 fuit: « In decisio- sis ». Tunc navus partis actricis Patronus, iniustam tenens novi matrimonii viri interdictionem, recursum proposuit ad Summum Pontificem, at sine felici exitu.

Proinde acta nova ex officio peritia ditata sunt et, positis omnibus de iure ponendis, Nobis hodie causa diiudicanda proponitur, in tertio iurisdictionis gradu, sub dubio die 17 Octobris a. 1985 rite concordato: « An constet de matrimonii nullitate, in casu, ob incapacitatem assumendi bonum coniugum et defectum discretionis iudicii in muliere conventa ».

IN IURE. — 3. Qui matrimonium inire intendit, praeditus esse debet discretionis iudicii ac capacitate adimplendi onera coniugalia pollere.

Codex Juris Canonici statuit: « Sunt incapaces matrimonii contrahendi (...) 2) qui laborant gravi defectu discretionis iudicii circa iura et officia matrimonialia essentialia mutuo tradenda et acceptanda; 3) qui ob causas naturae psychicae obligationes matrimonii essentiales assumere non valent » (can. 1095).

Matrimonium enim facit partium consensus, qui est actus humanus, quo partes sibi mutuo tradunt et acceptant iura et officia matrimonii essentialia, a facultate intellectiva et volitiva sufficienti cognitione, aestimatione ac deliberatione, i.e. per iudicii discretionem, cibrata.

Ideoque ut actus sit vere humanus voluntas sufficienter libera esse debet ab internis et externis constrictionibus, quae eam ad unum eligendum coarctent.

Legitur in una Tarvisina seu Venetiarum coram Pinto diei 8 Iulii a. 1974:

« Ad sufficienter deliberandum non ... sufficit speculative cognoscere quid matrimonium sit eiusque proprietates essentiales. Nam ut intellectus practicum iudicium valoris emittere valeat num matrimonium contrahendum sit necne, motiva percipere ac aestimare debet, sensitivo appetitu interveniente, ut sufficienter conferre valeat quae ad nuptias inducunt cum motivis quae ab illis avertunt (cfr. R. ZAVALLONI, *La libertà personale*, a. 1965, p. 90-109).

Non tamen necesse est ut cuncta considerentur quae electionem perfectam plus minusve reddant; sufficit ut libertas substantialiter maneat, quatenus voluntas contrahere vel non, et quidem hoc vel alio modo, rationabiliter eligere possit » (S.R. Rotae Decis., vol. LXVI, p. 499, n. 4).

Qui igitur, ob seriam perturbationem psychicam, irrationaliter agi cogitur, incapax est veri actus deliberativi, quia caret libertate interna, quae est elementum essentiale discretionis iudicii.

4. Nubentes gaudere quoque debent capacitate explendi essentiales coniugii obligationes, quia matrimonium est contractus, et contractus, ex ipsa sua natura, sine obiecto pactionis exsistere nequit.

Partes ideo, momento matrimonii, aptae esse debent ad ferenda onera perpetuitatis et fidelitatis, ad tradendum comparti ius ad actus per se aptos ad proles generationem, atque insuper idoneitate pollere promovendi bonum coniugum, quod est elementum essentiale matrimonii, implicans capacitatem nectendi cum futuro coniuge relationem interpersonalem saltem tolerabilem.

Si una vel utraque pars, ob quamcumque causam naturae psychicae, praefatis obligationibus satisfacere nequit, pactum coniugale irritum declarandum est.

5. Inter morbos naturae psychicae, qui consensum matrimonialem invalidare possunt, etiam schizophrenia paranoides et paranoia numerantur.

Schizophrenia paranoides est forma schizophreniae in qua elementum essentiale « è la presenza di uno o più deliri sistematizzati e di frequenti allucinazioni uditive collegate ad un singolo tema ». In ea « mancano i sintomi caratteristici dei Tipi. Dissorganizzato e Catatonico, come incoerenza, affettività appiattiva o grossolanamente inadeguata, comportamento catatonico o grossolanamente disorganizzato... Le manifestazioni associate includono ansia non focalizzata,

rabbia, spirito polemico e violenza. Spesso viene notata una qualità di interazione personale artificiosa, formale, o estremamente intensa » (D S M - III - R., *Manuale diagnostico e statistico dei disturbi mentali*, ed. 1988, p. 247).

Eius recursus est cronicus (cfr. o.c., p. 247-248; A. DALLA VOLTA, *Dizionario di Psicologia*, ed. a. 1974, p. 507).

Signum specificum paranoiae e contra « è la presenza di un delirio stabile, non bizzarro, non dovuto ad alcun altro disturbo mentale, quali Schizofrenia, Disturbo Schizofreniforme o Disturbi dell'Umore ».

Allucinationes desiderantur et modus agendi patientis fere normalis est.

Delirium vertere potest circa erotomaniam, megalomaniam, zelotypiam, hypocondriam aut esse naturae persecutoriae.

Industria cotidiana patientis raro minuitur, facultates intellectivae generatim integrae manent, dum, e contra, relationes sociales et coniugales saepe in grave discriminem vocantur.

Decursus huius morbi, diversimode ac pro praecedenti, est varius: interdum, praesertim si de delirio persecutorio agitur, morbus est cronicus, nonnumquam status remissionis cum statibus recidivitatis alternantur, et in quibusdam casibus, post paucos menses delirium cessat et plena sanitas recuperatur (cfr. D S M - III - R., p. 249-254; A. DALLA VOLTA, *op. cit.*, p. 506; A. POROT, *Manuel Alphabétique de Psychiatrie*, p. 432-433).

6. Quamvis schizophrenia paranoides in se spectata gravior sit quam simplex paranoia, quia eius fundamentalis structura ad morbum schizophrenicum pertinet, tamen etiam paranoia, praesertim si ad cronicitatem pervenerit, magnum momentum in matrimoniali consensu habere potest.

Si subiectus enim libertatem internam electionis amittit, discrecio iudicii in praeiudicium vocatur, et capacitas praestandi onera coniugalia, ob eiusdem serias difficultates nectendi relationes interpersonales, detrimentum accipit.

Matrimonium autem irritum declarari nequit, nisi certo constet morbum: a) esse gravem; b) tempore praenuptiali, saltem in forma latenti sed clare perceptibili, iam praesentem fuisse.

Si morbus enim tantum post matrimonium, ob singulares circumstantias in quibus coniuges versati sunt, deflagravit, nuptiae validae dicendae sunt, etsi deinceps vita coniugalis impossibilis evasit,

cum matrimonii validitas a partibus habilitate momento praestationis consensus pendeat.

E contra si signa latentis morbi iam clara et certa ante nuptias exstiterint, et graves deordinationes, absque culpa compartis aut aliorum factorum interventu, solummodo perdurante coniugio comparuerint, matrimonium irritum declarandum est, quia morbi gravitas, etsi in nuce, iam antea, in ipsa morbi latentia, praesens erat.

Nec possibilis futurae recuperandae sanitatis momentum habet, cum coniugii validitas unice pendeat, uti diximus, a partium habilitate in actu manifestationis consensus; quae in posterum ventura sunt current existentia, et nullum influxum in consensum exercere possunt.

Obliviscendum tamen non est quod vita coniugalis per multos annos protracta et numerosa prole recreata, fortem praesumptionem adversus gravitatem morbi constituit, praesertim si separatio definitiva principaliter infidelitati comparti tribuenda sit.

7. In causis, quae defectum discretionis aut incapacitatem assumendi onera respiciunt, necessarium est peritos audire eorumque votum exquirere.

Peritorum munus est, omnibus scientiae medicalis adhibitis mediis, morbi naturam et gravitatem determinare ac tempus latentiae et deflagrationis statuere, necnon cronicitatem vel transitorietatem definire.

Iidem, p<sup>r</sup>ae oculis habitis partium testiumque depositionibus atque, si adsint, relationibus medicorum qui curas tempore p<sup>r</sup>ae et postnuptiali patienti praestarunt, iudici significare debent fontes, scilicet facta et circumstantias quibus innixi ad eorum conclusiones deve- nerunt.

Graviter improbandi sunt periti, qui « quadam nebulositate pseudo-scientifica procedentes nulloque modo de veritate factorum solliciti, ad conclusiones properant iuxta placita partium vel patronorum, nulla dictorum redditu ratione, facta potius praesumentes quam probantes, quaedam exaggerando, alia obliviouscendo, omnia nulla connexione logica aut aequa proportione sociando. Ordine chronologico insuper penitus dimisso, rationem causam et effectum evertunt, et facta uni tribuunt quae alteri debentur » (coram Giannecchini, dec. Brukly- nien. diei 13 Aprilis a. 1984, Rotae Romanae Decis., vol. LXXVI, p. 249, n. 3).

Peritis insuper retrorahere haud fas est, nisi id medica scientia postulet, deordinationes postmatrimoniales ad tempus praenuptiale,

nec iisdem licet, ignoratis depositionibus partis, quae morbo psychico affecta dicitur, eiusque testium, diagnosim fere exclusive niti super litteris ab eadem perdurante processu conscriptis, in quibus, ut facile intelligitur, in effusione impetus irae ad protestandum contra praesumptam iniustitiam receptam, incongruentes exaggerationes inveniri possunt, quae deordinationem sapiunt. Hic modus procedendi ius, iustitiam, ethicam atque medicinae scientiam offendit.

Denique, ne iudex in errorem inducatur, diagnoses et conclusio-nes claritate, congruenti logica ac obiectivitate effulgere debent: gra-dus autem moralis certitudinis quem iidem periti assecuti sunt sine ambiguitate indicandus est, ne peritia inanis evadat et quavis utilitate destituatur.

**IN FACTO.** — 8. Actor eiusque testes non semper obiective pro-cedere videntur in describendis factis et adiunctis praesertim postma-trrimonialibus, cum reticentiis et elationibus saepe indulgeant.

Mulier, e contra, maiore fide digna appareat, quia omnia apte et perspicue referre satagit etsi contra sua commoda dimicent.

Causae instructio nonnullas lacunas magni momenti continet. Multa obscura permanent, praesertim circa praenuptiale statum sa-lutis conventae.

Judex Instructor idonea quaesita ad dignoscendam, contestan-dam et acclarandam gravitatem factorum postmatrimonialium, a viro et a suis testibus adductorum, ponere omisit, dum sive in primo sive in altero iudicij gradu periti ex officio conventam inspicere omiserunt. Tunc mulier medicali inspectioni contraria non erat, et valde utile fuisse eius statum psychicum statim post separationem dignoscere.

9. Actor putat matrimonium invalidum esse ob graves deordina-tiones tempore coniugii praesentes in conventa, sed eas tantum ex postmatrimoniali modo agendi uxoris deduxit.

Dicit conventam violentam, paranoidem, litigiosam, nullam cu-ram pro domo habentem, severam cum privignis, incapacem nectendi pacificas relationes cum familiaribus, amicis et notis, obstinatam, ideis obsessivis subiurgatam, taciturnam et atra bili affectam.

Sustinet difficultates coniugales fere statim post nuptias incep-is-se, et coniugii naufragium diversae partium naturae ac dissensioni principiorum moralium tribuit.

Il libello affirmat etiam aviam mulieris dementem fuisse atque eius fratrem suicidium patrasse.

Attamen admittere cogitur se dubia haesitationesque circa contrahendas nuptias non habuisse, quia conventa ei omnino normalis apparuit, et memorare non omittit eamdem post matrimonium ecclesiam frequentasse, praecpta religionis diligenter coluisse, prandium semper parasse atque filiis in lucem editis constanter sincero amore consuluisse.

10. Vir duos testes induxit in iudicium scilicet materteram Eu-lam et filiam Cheryl quae plus minusve asseverationes actoris iterant circa perturbatam naturam conventae.

At d.na Eula de primo tempore postmatrimoniali, contra viri declarationem, affirmat: « Egli sembrava molto felice a quel tempo, e direi molto felice per la situazione per circa tre mesi », dum filia actoris, Cheryl, praefinit: « Durante i primi anni le cose furono pacifiche per la maggior parte, con solite frizioni occasionali ». « Essa era fanatica della casa (...) era una buona casalinga (...) preparava sempre i pasti (...) I suoi principali interessi erano in casa ». « Nata lie era una persona molto religiosa e non volle praticare alcun tipo di controllo delle nascite, sicché essi ebbero (sei) figli. Ed è molto difficile educare 9 figli ».

11. Conventa, quae adversus declarationem nullitatis matrimoniī strenue dimicat, relationem coniugalem partium modo sat diverso a viro describit.

Declarat se per materteram suam Luciam (quae post mortem primae viri uxoris in illius domo munus famulæ exercebat) bene Jo-hannis indolem cognoscere valuisse, et oblatas nuptias libenter acceptasse duplicem ob rationem: tum quia, valde aestimans honestatem et fidelitatem viri erga praecedentem uxorem, eum sincere amare incepit, tum quia, peculiarem condicionem familiarem actoris percipliens, optimam futuram esse matrem pro privignis se putavit.

Ipsa in lucem quoque ponit, copiosam ac probantem explicatiō-nem praebens, indebitam interpositionem actoris familiae, quae fons omnium discidiorum cum marito et privignis fuit.

Asserit enim: « Ci furono degli ostacoli nel nostro cammino, perfino prima che ci sposassimo (...) Suo padre e sua madre erano estremamente contrari al matrimonio (...) Non sapendo (conoscendo) nulla riguardo al mio carattere ed alle mie intenzioni, essi mi minacciarono di mettermi in carcere se io avessi maltrattato i bambini »; « non presero neanche parte al nostro matrimonio. Io ne fui estremamente urtata, ma non dissi nulla ». « Quando io volevo i figli, Gio-

vanni continuò a dirmi (sostenere) che ciò non era un bene (...) Sapevo che vi era pressione da parte della famiglia. Essi non volevano che io avessi figli ».

« Io ero sottomessa alla Chiesa (...) ero obbediente a Dio »; « dopo sei mesi io restai incinta, ma soltanto dopo una discussione molto violenta con Giovanni riguardo a ciò ».

*Cum prima vice filium in lucem edidit nemo ex viri familia eam invisit: « Nessuno — lamentatur mulier — venne a vedermi. Nessuno fece una telefonata, eccetto Giovanni ».*

*Et cum ipsa, ope telephonii, modo urbano sed firmo, soceram ob indebitas interpositiones, improbavit, pater actoris veritus non est, cingulum prae manibus tenens, eam domum adire et coram eius matre et fratre, minas aperte iactare.*

Memorat se in singulis praegnitionibus multa mala physica per pessam fuisse, sed numquam, etsi magno cum sacrificio, officia matris neglexisse.

Numerosa familia, cuius necessitatibus consulere debebat, interdum eam defatigabat et irascibilem reddebat, sed viri familiares, qui quoque in privignos infaustum influxum exercuerunt, numquam ei auxilium praebuerunt, sed tantum de suo opere vituperando solliciti fuerunt: « Tutti erano buoni a darmi dei consigli, ma nessuno era disposto a darmi una mano ».

Et commentatur: « Io mi sentivo estremamente a disagio con i suoi parenti. Non era il fatto che non mi piacevano. Era perché sapevo che ad essi io non piacevo (...) cercavo di fare del mio meglio per accontentarli ed essere amichevole con loro. Credo che io diedi l'impressione di essere una persona immatura (...) perché mi sentivo sempre di essere a disagio (...) sentivo di non essere ben voluta (...) e che l'amore di Giovanni per me era fondato sulla mia amicizia con la famiglia sua e naturalmente io sapevo che questo non era possibile ».

Non denegat se in privignis educandis difficultates habuisse, vel eorum inurbanum modum agendi detestasse ac difficilem vitam habuisse, sed diserte accusationem viri respuit se filios primae uxoris e coniugali domo elecisse.

Omni diligentia et amore etiam privignis consuluit, et de eorum e domo amotione motiva rationi consentanea adducit: « Io avevo sei bambini piccoli, di cui mi dovevo prendere cura, avevo una artrite alla spina e l'ulcera allo stomaco. Avevo chiesto a Giovanni di permettere a Cheryl (19 anni) di vivere con sua zia, ed avevamo messi Jud (14 anni) alla scuola San Stanislao. Keith, il figlio più piccolo di

Giovanni, avuto dal suo primo matrimonio, fu messo alla scuola, perché egli veniva meno a scuola. Nessuno dei tre figli fu buttato fuori di casa, perché io li risentivo ».

*Et de relatione cum marito eiusque familiaribus declarat: « Non posso negare che a volte ci fu la discordia a causa della fragilità umana. Comunque, la maggioranza delle volte l'amore, il mutuo rispetto e l'ammirazione furono la forza vincolante nel nostro matrimonio.*

*« Come ho affermato (...) la madre di Giovanni fu la fonte principale di tutte le difficoltà (...) Il suo influsso si rifletté in tutto quello che veniva a contatto con me — soprattutto parenti. Era quasi impossibile stabilire qualsiasi tipo di relazione con loro.*

*« A causa delle mie frequenti gravidanze e delle malattie unite ad esse, io semplicemente rinunciai e cercai di evitare il frequente contatto con i parenti di Giovanni. Il comportamento dei miei figli-astri era maggiormente il risultato dell'indottrinamento della signora R. ».*

*Nos non celat mulier se vitam segregam duxisse, causam vero indicat in familiae cura, quae eam vitam socialem exercere praecepedit. Maritus, taciturnus, violentus et zelotypia affectus, communicationem inter partes non adiuvit.*

*Fere numquam actor in favorem uxoris contra indebitam parentum interpositionem intervenit; si suam auctoritatem interposuisset, multa in vita coniugum forsan mutare potuissent. Notat enim: « Credo che se egli mi avesse compreso ed avesse detto alla sua famiglia: 'non più interferenza'; se egli si fosse mostrato deciso con loro, non credo che essi avrebbero osato interferire ulteriormente ».*

*Et concludit nos certiores reddendo gravia iurgia et discidia inter coniuges tantummodo deflagrasse postquam vir aliam mulierem frequentare incepit. Quod denique in suam salutem valde negative redundavit et ad definitivam separationem duxit.*

12. Testes mulieris indebitum interventum familiarium actoris in vita coniugum confirmant, et conventae deordinationes psychicas ante et post matrimonium excludunt. Lucia, mater terza mulieris, describit neptem: « ragazza meravigliosa con pratica religiosa, principi morali e molto attraente (...) aveva un temperamento, ma (...) essa ha migliorato (...) Non ci furono (problemi di) alcool e droga nella sua vita. Natalia fu bene educata ».

*Et de tempore postnuptiali memorat: « Essi iniziarono subito una famiglia meravigliosa. Questa sembrava una relazione marito —*

moglie che non doveva mai finire »; « ebbe sei amorevoli figli da lui e crebbe tre dei suoi figli, avuti dal precedente matrimonio ».

*Testis nos quoque edocet conventam post separationem per annos pacificationem sum marito sollicitasse, ut familia iterum reconstitueretur, at omnes conatus, ob viri oppositionem, inanes fuisse.*

Gleen, qui bono testimonio honestatis et sinceritatis gaudet, refert: « Da giovane donna (...) Natalie era attraente, popolare e forse in certo qual modo ben responsabile più della media delle giovani del suo tempo (...) era una persona decisa ed equilibrata (...) Essa e Giovanni si sposarono dopo pochi mesi di corteggiamento ed entrambi sembravano molto innamorati e felici (...) di certo Natalie intese che questo (matrimonio) fosse permanente e durevole (...) sembra sia diventata progressivamente più responsabile e devota come madre e moglie col passare del tempo (...) mai sentii Natalie criticare Giovanni o lamentarsi della di lei quasi esclusiva responsabilità nell'allevare i bambini (...) Essa (...) ha fatto gli sforzi maggiori per una riconciliazione ».

*Admittit conventam obiter patientiam abrupisse, ac, ob pravum viri agendi modum, amoris stimulus expertam fuisse, sed commentatur: « (...) nessuno di noi, di quelli che io conosco intimamente, siamo perfetti », et: « Credo che essa è capace di mantenere le responsabilità della vita coniugale ».*

*J.L., mater mulieris, memorat filiam ante nuptias minas patris actoris perferre debuisse, ac nonnisi amore et officii conscientia duc-tam ad aram accessisse.*

*Et adnimadvertis: « Essa non ebbe una vita sociale, essendo rimasta incinta 6 volte in 18 anni, ed ammalata durante tutto il tempo, quando era incinta », dein, declarans conventam semper bonam matrem fuisse, nos edocet: « Essa non vuole l'annullamento ». « Essa ama ancora suo marito infedele ».*

*D.na J., uxor fratri conventae, cognatam dicit valde socialem et maturam, cum actore semper sinceram ac lealem: maritum et filios amavit, dum, post separationem, reconciliationem continuo optavit. Putat relationem inter coniuges fuisse « molto compatibile », etsi vir sit indole frigidus et taciturnus, et valde miratur quod « la Chiesa cattolica conceda un annullamento dopo 19 anni di matrimonio e la nascita di sei figli ».*

*G.W., soror conventae, quae neutri parti favere videtur, sic vitam coniugalem partium describit: « Giudico (Giovanni) principalmente un uomo d'affari, che lasciò tutte le responsabilità familiari a*

Natalie. Egli non faceva nulla in casa, neanche rimproverare o disciplinare i figli (...) provvedeva alla famiglia in modo eccellente (...) ma mai aiutava Natalie »; « essa ebbe molte difficoltà con i parenti di Giovanni e con i suoi figli, avuti dalla prima moglie (...) È del tutto possibile che Natalie non abbia affrontato questa situazione con molta saggezza (...) so che essa si sforzò molto (...) ma si trovò di fronte a dei bambini imbronciati ».

*Animadvertisens dein: « non posso immaginare come sia possibile prendersi i figli di chiunque altro senza (...) che vi sia frizione (...) il figlio maggiore di Giovanni ha abusato della droga » et « se è difficile per i genitori naturali trattare con i figli che hanno problemi di droga, immaginiamo trattare con i figliastri », notat conventam, etiam post separationem, fidelitatem servare atque, non absque sacrificiis, victui et educationi filiorum suorum providere, dum, sine similitate, recombinationem totius familiae cupit.*

13. Ex partium ac testium declarationibus clare patet vitam coniugalem innumeris difficultibus disseminatam fuisse. At mulier ante nuptias eas praeviderat, accurate perpenderat et, cum auxilio futuri mariti, omnino superabiles autumaverat.

Inito coniugio, matrimonium felix reddere sagedit, et omni vi conata est bonam uxorem ac studiosam matrem pro privignis esse.

Indebita, autem, parentum ac familiarium actoris interpositio, quae continuo, inde ab initio vitae communis, eam vexavit, difficilius ac fere impossibile reddidit opus tam bona voluntate inceptum, dum vir suorum familiarium plane succuba factus est.

Mulier ideo officia coniugalia non solum sufficienti maturitate cognovit, sed etiam omnibus viribus fideliter adimplere nisa est. Et revera strenue contra mariti eiusque parentum voluntatem dimicare debuit ut prolem in lucem edere posset, fidelitatem perdurante matrimonio et post separationem constanter servavit, vinculi indissolubilitatem fortiter ac pertinaciter defendit, a divortio abhorruit et, sine intermissione, adlaboravit ut familia recomponeretur.

Conviventia per viginti annos protracta, sex liberis recreata atque educatione novem filiorum onerata, adversus mulieris psychicam instabilitatem vel incapacitatem eliciendi validum consensum matrimoniale aperte dimicat.

Conventa ante et post matrimonium numquam se curis psychiatricis aut psychologicis subiecit, et tempore sponsaliorum omnibus plane normalis visa est.

Quamvis perdurante coniugio saepe aegrescit, tamen non constat morbos ex infirma mente processisse.

Nam mulier loquitur de « pressione sanguigna », « ulcera », « arrite alla spina dorsale », memorat « due inizi di tumore... rimossi dalle gambe (...) una massa pre-cancerogena rimossa dall'orecchio », quae certo comprobata fuerunt, si ipsa conqueritur quod a Tribunali documenta medicalia actis acquisita non fuerint.

Maturitatem demonstrat conventa asserens: « Nonostante le difficoltà che incontrai — ipertensione, difficoltà nel parto, della gravidanza, timore dell'RH negativo, fattori distruttivi — non una sola volta cedetti alla tentazione di praticare il controllo artificiale delle nascite; e non c'è alcun pentimento che io non lo feci ».

Ipsa, uti vidimus, suas mendas conata non est celare. « A volte — ait — agivo impulsivamente e ciò mi dispiaceva ». « Occasionalmente a causa della mia età e dell'ipertensione posso essere un po' irrazionale ». « Generalmente non sono collerica, ma durante questi attacchi lo sono (...) e questo potrebbe aver contribuito ai disaccordi che Giovanni ed io ebbimo », sed etiam sincere notat: « ... la maggior parte del tempo ero solita agire secondo i dettami della coscienza. Non avrei mantenuto fede a me stessa se fossi stata deliberatamente crudele con alcuno ». « Mi dedicai a mantenere un matrimonio amorevole (...) io ero una persona ragionevolmente piacevole ».

Maritum laudibus extollit, qui, quamvis difficili indole praeditus, numquam ei difficultates in administratione domus praebuit; substantialem vindicat concordiam inter coniuges et putat se pacificationem facile cum actore assequi potuisse, si eius amasia tam pertinax in illius circumventione non fuisset.

Ideae obsessivae et persecutoriae a viro denuntiatae, nullibi in actis confirmationem obtinent, nec clare dignoscitur quomodo et quibus in circumstantiis manifestatae sunt, ut de eorum vera natura dijudicari possit.

Suicidium fratri conventae, tantum a viro memoratum, argumentum apodicticum non constituit ad deordinatam mentem mulieris demonstrandam, cum univocam significationem non impliceat.

Demum, dato et non concesso conventam deordinationibus psychologicis laborasse, hae post coniugium deflagrasse tenendae sunt ac solummodo singularibus abnormalibusque condicionibus in quibus eadem coacta est vivere tribuendae.

14. In causa tres numerantur peritiae super actis peractae. In prima instantia relationem peritalem doctor Kenneth A., psychiatria, confecit, qui tantummodo ad depositionem actoris eiusque testium attendens atque conventae declarationes prorsus negligens, hanc diagnosim dedit:

« Natalie sembra abbia avuto una malattia mentale per lungo tempo (...) In tutta verosimiglianza questa signora è una schizofrenica paranoide ambulatoria ».

Dein paululum praefinit: « in essenza, abbiamo qui due basi per considerare che il matrimonio potrebbe essere invalido:

- 1) sulla base di una incompatibilità essenziale;
- 2) sulla base di una incompatibilità essenziale consistente di una parte avente una malattia mentale cronica e piuttosto grave ».

In altero iurisdictionis gradu nova peritia exarata est a doct. Ronald E., psychologus clinicus, qui nullum momentum tribuens iudiciali depositioni conventae et eius testium, prima vice perdurante processu appellationis in ius inductorum, practice conclusiones actoris confirmat.

Scribit enim: « Secondo il mio parere, la convenuta in questa causa (...) era psicologicamente incapace di iniziare e mantenere una relazione matrimoniale con l'attore (...) oppure con chiunque altro, durante il periodo in questione (...) La convenuta funzionò in modo marcatamente paranoide e turbato »; « sono del tutto d'accordo con l'opinione dell'altro perito del tribunale, il quale offrì il suo parere ».

Praefatorum peritorum opiniones Patribus minime tamen persuadere valuerunt. Ipsi, enim, non solum conclusiones incertas et subjectivas referunt, sed, quod gravius est, eorum dissertatio sat concinna minimeque super actis fundata appareat. Nam facta ac circumstantias a viro relatas veraces et certas tenent, et, quin illas accurate perpendant, omnia, in favorem thesis actoreae interpretando, ad tempus praenuptiale retrotrahunt.

15. Coram Nostro Apostolico Tribunal Cl.mus Prof. Didacus peritior designatus est. Eximius psychiatria autumat medicalem inspectionem mulieris initio praesentis processus perutilem fuisse ad naturam atque gravitatem morbi diligenter constabiliendam, et diagnosis a doctoribus datam ineptam ac exaggeratam, aptis datis rationibus, retinet.

« Per il caso in esame — animadvertis — devo chiaramente avvertire che l'individuazione di una schizofrenia paranoide è certa-

mente eccessiva, se non del tutto fuori luogo »; io non credo di poter condividere la diagnosi formulata dai periti precedenti, per la convenuta, di 'Schizofrenia paranoide' (...) una malattia del genere, che certamente avrebbe avuto già una lunga evoluzione, si sarebbe presentata con segni di più grave 'decadimento' psichico, quanto meno di sconnessione ideativa di quello che in realtà presenta la convenuta ».

Dein, nimum momentum tribuens epistulis a muliere tribunali- bus ecclesiasticis missis, definit conventam: « Personalità psicopatica di tipo paranoicale, su base ovviamente costituzionale ».

Et addit: « Tale stato morboso ha subito un lento e continuo aggravamento indicato come 'Sviluppo di personalità psicopatico' (...) fino a giungere alle più recenti manifestazioni, in cui è manifesto accanto alla struttura delirante del pensiero un chiaro accenno alla dissociazione della struttura ideativa (...) io ritengo di poter trarre i miei giudizi diagnostici soprattutto dall'attenta lettura degli scritti della convenuta — contenuti, sviluppo, enorme contraddizione, disordine sintattico, tipica impostazione querulomane, ecc. — che valgono a compensare molto bene l'impossibilità della visita diretta della donna, alla quale, del resto, è stata proprio lei a sottrarsi ».

*At animadvertisendum est epistulas, quas conventa post sententias sibi adversas conscripsit, potius animum exacerbatum ac deceptum ex modo procedendi tribunalium ecclesiasticorum Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, quam veram deordinationem mentalem manifestare.*

In litteris enim diei 15 Decembris a. 1980 ad Card. Felici, Praefectum Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, mulier significabat: « Secondo un articolo che apparve nel mese di Novembre 1980, edito dal Clarion Herald, New Orleans, Louisiana, 30.000 matrimoni furono annullati negli Stati Uniti quest'anno — tutti con gli stessi motivi — uno degli sposi essendo 'psicologicamente turbato'. Il mio matrimonio è fra questi 30.000 ».

Et sic commentabatur: « Mi rendo conto, naturalmente, che ci sono matrimoni invalidi per ragioni valide — ma 30.000 — e per tutti i 30.000 sposi essendo 'psicologicamente incapaci'? (...) »

I tribunali hanno applicato una pseudo scienza ed a 30.000 annullamenti hanno applicato una frase .... hanno utilizzato la frase 'psicologicamente turbato' nel riferire le loro vaghe conclusioni ».

Absque dubio in epistulis diei 3 julii 1987 et diei 1 februarii 1988 ad Rotae Romanae Decanum exaggerationes continentur, sed agitur de impetus irae effusione, qua mulier, putans se in alto et ge-

nuino sensu familiae et religionis a tribunalibus deceptam fuisse, cum ecclesiastica auctoritate conqueritur. Insuper, uti liquido patet, Professor Didacus loquitur de statu salutis conventae perdurante processu, non tempore manifestationis consensus matrimonialis.

De tempore nuptiarum enim aperte fassus est: « Circa poi il quesito specifico delle condizioni della convenuta ‘al momento della celebrazione del matrimonio’, la risposta non può che essere di probabilità e di presunzione. Mancano in realtà una sicura confrontazione clinica con la perizianda ed esistono solo vaghi accenni ai precedenti comportamenti anormali di essa, prima del matrimonio ».

Nec in casu loqui potest de defectu sufficientis libertatis internae mulieris.

Peritior enim tantum hanc adumbrat possibilitatem, sed nullo modo eam probat vel probare conatur. Et eius assertum: « Comunque si può affermare con certezza che ciascuno dei due partners si è legato all’altro come ad uno sconosciuto », non plane cum veritate cohaeret, et, etsi verum esset, motivum nec grave nec iuridicum constituit ut nullitas vinculi declarari possit. Ad summum ageretur de temerario consilio quod capessendum non erat, minime autem de defectu consensus et libertatis.

Demum admirationem movet haec altera Professoris Didaci conclusio: « La convenuta non era in grado quanto meno di stabilire, all’atto del matrimonio, un rapporto paritario, scambievolmente tollerabile, pienamente disponibile verso il marito in ordine a realizzare e soprattutto a mantenere una vera ed autentica comunità familiare e coniugale ».

Nam attentum seriumque omnium actorum examen id asserere non sinit, quin dicatur quod etsi asseverationes cl.mi peritioris verae essent, ad summum ageretur de incapacitate instaurandi felix ac perfectum consortium vitae, non autem relationem coniugalem minimam, quae sufficiat ad validum contractum matrimonialem ineundum.

Praetereundum insuper non est peritiorem valde incertum et contradictorium esse in definiendo gradu certitudinis suarum conclusionum.

Prius loquitur « di una sufficiente sicurezza morale », quam postea in peritiae recognitione mutat in « certezza morale », et dein in « piena certezza morale ».

Ni fallimur, si ad verborum significationem attendimus, opinio Professoris Didaci valde vacillans videtur, praesertim si illius pae-

oculis habeantur verba circa statum psychicum mulieris tempore nuptiarum: « la risposta non può essere che di probabilità e di presunzione ».

Omnibus igitur perpensis incapacitas psychica conventae sive quoad defectum discretionis iudicii, sive quoad incapacitatem assu-mendi onera coniugalia comprobata non est. Ceterum etiam in praesentiarum, triginta quattuor annis post initas nuptias, mulier nullis curis psychiatricis vel psychologicis adhibitis, optime munus matris erga filios explet et, plane persuasa de serietate ac gravitate omnium obligationum die coniugii susceptarum, fidem matrimonialem servare pergit fidenti animo compositionem unionis coniugalis praestolans.

16. Quibus omnibus tum in jure cum in facto perpensis,

Nos infrascripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunalis sedentes et solum Deum piae oculis habentes, Christi Nomine invocato, edicimus, declaramus ac definitive sententiam, proposito dubio respondentibus: « *Negative seu non constare de nullitate matrimonii, in casu, ex ullo capite adducto* ».

Ita decernimus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut hanc Nostram sententiam definitivam, ad normam juris et iuxta vigentem praxim, iis, quorum intersit, notam faciant, ad omnes juris effectus.

Datum Romae, in Sede Apostolici Romanae Rotae Tribunalis, die 23 Februarii 1990.

*Franciscus Bruno, ponens*

*Eduardus Davino*

*Antonius Stankiewicz*

(*Omissis*).

